

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

### **Cursus studiorum monasticorum, sive series sublimium disciplinarium - Cod. Ettenheim-Münster 99-110**

Exercitationes theologicae - Ettenheim-Münster 109 - index omnium in  
univ. theol. 4 tomis distincta contentarum

**Cartier, Gallus**

**[S.l.], [18. Jahrh.]**

Exercitatio IV.

[urn:nbn:de:bsz:31-111021](#)

mur, palam est, nō vehementer falliamo, hos Theologos hanc suam opinionem similibus, inīā īāēīā omnino principis, ac Tho-  
mista seu distinctionis virtutis prosequentes, suam, fulire, et  
proinde inter eos item de nominibus dūtaest agitari, et iſa  
autem eandem illos favere sententiam. adē ut fructū tot pagi-  
na utriusque impleri videantur, p.

## Exercitatio IV.

74.

De Simplicitate Dei et omnimodā in eo compo-

*Sitionis carentia.*

ad §. I. Cap. III. part. I. Traita-

*tis de Deo Uno et Trino. num. 43.*

Dei Simplicitas explicari nequit nisi per negationem compo-  
sitionis. Est autem compositio triples, physica minima, meta-  
physica, et logica. Prior dicit totum, quod conat aut ex materia  
et formā, quemadmodum se habent corpora; aut ex Subiecto et  
accidentia, ut Subiectum, in quo recipiuntur aliqua qualitas. Altera  
dictum, cuius partes sunt aut essentia et existentia, aut  
natura et hypostasis. Tertia Designe dicit totum, quod con-  
stat ex genera et differentia. Et de hac ultionā hie potissi-  
num versatur questio, an semp̄e repugnet Dei Simplicita-  
ti.

§. I.

75.

Quidam tanquam indubitate posse pronuntiū.

Supp. 1. Deum non esse corpus, Deus enim spiritus est Jo. 4.  
Et ratio est ex S. Thomā i. p. q. 3. a. 1. quia nobilissimum Ens  
non est corpus, corpus siquidem multas imperfectiones involvit.  
Atqui Deus est Ens nobilissimum. Ergo corpus esse nequit.

Praterē Deus est infinitus, Ergo non est corpus; quippe nullum corpus potest esse infinitum, nam infinitum caret figurā,  
cum sit immutabile; corpus autem necessario habet figuram.

Negre dicas, in S. Scripturā sapientē legi Deum sedere, extendere  
brachium, p. Nam situs, partes corpora, et similia Deo non  
proprie attribuuntur, sed secundum similitudinem grandam.

Supp. 2. In Deo non esse compositionem ex materia et formā.  
Ratio est, quia omne compositum ex materia et formā est cor-  
pus. Atqui Deus non est corpus, ut prius dictum. Ergo Deus non  
est compositus ex materia et formā.

Supp. 3. In Deo non esse compositionem physicam accidentia-  
lem ex substantia et accidentibus; tūnq; quia Dei Substantia est  
plane immutabilis, ac prouide ei accidentia advenire nequeunt,  
iis enim mutaretur; tūnq; quia Subiectum accidentium est poten-  
tiale respectu ipsorum, at in Deo nulla datur potentialitas.

Suppon. 4. quod in Deo essentia et existentia seu esse et  
existere idem sit, atque adeo in ipso non reperiatur compo-  
sitio ex essentia et existentia. Ratio est; quia in eo, in quo  
nihil potentiale est, idem est esse et existere. En essentia et ex-  
istentia. Atqui in Deo nihil est potentiale. Ergo in Deo idem

8

58

est esse et existere seu essentia et existentia. Min. patet; quia Deus est actus purissimus. Maj. etiam constat; quia cum existentia sit actualitas cuiuscumque forme, quando distinguitur ab essentia, ipsa essentia est potentia respectu ipsius existentia. Verum Nos, quantum recordamus, in nostra Metaphysica latius aspectu demonstravimus etiam in creatis essentiam ab existentia non distingui sed realiter idem esse. Ceterum haec Supposita fuisse expensa videri possum in nostra Theologia cor. ut. Nodis videndum et examinandum, an Deus ita sit simplex, ut etiam excludat compositionem Logiam seu ex genere et differentia.

## §. II.

76. Proponuntur et solvuntur argumenta cum Theologorum, qui à Deo compositionem logicam excludunt. Argumentum ipsum sumitur ex S. Augustino, qui lib. de cognitione vera vita c. 3. Sic ait: Nomine et verbo multa exprimuntur, que sub deum predicamentis humanis more coniunguntur, sed quod ex illis nulam propriè deconveniat, manifesta ratio probat. Et rursus: Deum predicamentis anetam humanam conditionem includi, et ab his omnibus proprietatem summa essentiae evidenti ratione penitus excludi ait. Atque si datur in Deo compositionis logica ex genere et differentia, tunc potissimum genus substantia predicamentalis ejus compositionem ingredievetur. Ergo. Posterior lib. confess. deplorat suam ignorantiam, quod Deum mirabiliter simplicem posuerit in predicamento substantia.

Resp. ad. S. Augustinum intelligendum est de predicamento Aristotelica substantie, non autem de predicamento substantia universaliter sumto. Corno prior substantia est ea, qua substans accidentibus, et est susceptiva contrariorum, atque hanc Deo non convenire palam est. Posterior vero est ea, cui convenit definitio substantie secundum se: Substantia enim, prout abstracta ab invenata et creata, definitur ens per se substantia, quod maximè competit Deo. Ceteram igitur à Deo exclaudit S. Augustinus, non autem posteriorum.

Iust. SS. Patres passim Deum vocant supersubstantiam, negantque subinde eum vocandum esse substantiam. Pater ei de fine est, quod Deus sit ens transiens et infinitum. Ergo non potest claudi terminis ullius predicamenti.

Resp. ad. ipsum SS. Patres, inter quos numeratus Dionysius, negare Deum esse substantiam, qua substans accidentibus et mutationi. Hinc dict. ant. SS. Patres negant Deum esse substantiam ratione generis, et prout substantia possindit à inventa et invenata, neg. Effe substantiam ratione differentia, seu prout substantia coniungitur contracta ad cretam, cone. ant. et neg. cons. In hoc enim sensu dicitur Deus supersubstantia, hoc est, infinite excedens qualibet substantiam creatam, quamvis maneat in eodem genere substantia.

Resp. ad 2dum pariter dist. ant. Deus est Dens sive Ens trascen-  
dens et infinitum physicè, cone. logice, neg. ant. et cons. Deus est  
Ens trascendens physicè, quia includit eminenter omnes perfectio-  
nes possibles; non autem logicè, quia non vagatur per omnes ca-  
tgorias. Similiter est Ens infinitum physicè seu in entitate,  
quia, cum sit Ens à se, nullà ex parte limitari potest; non au-  
tem logicè, seu secundum nostrum imperfectum coniungiendi  
modum, sed quod non repugnat cum claudi terminis logieis.

Argumentum 2 dum Compositio logica importat aliquam 77.  
potentialitatem. Atqui Deus excludit à se omnem poten-  
tialitatem; est enim actus purus. Ergo et omnem compositionem.  
Prob. Maj. Quod est pars compositionis logica dicit  
perfectibilitatem; est enim perfectibile per differentiam  
ibi advenientem. Ergo etiam dicit potentialitatem.

Resp. ad arg. Dist. maj. ad ejus prob. Compositio logica impor-  
 tat aliquam potentialitatem logicam et in conceptu, trans.  
physicè et in objecto, neg. maj. p. Compositio itaque logica importat  
 potentialitatem in conceptu, quia conceptus, ex quo particliter fit  
 talis compositio, non est de se determinatus ad significandum unum de-  
 terminatum, sed ea re representat aliquod commune multis logieis et in-  
 determinata seu confusa. p.

Just. Atqui Deus à se excludit etiam potentialitatem conceptus. Ergo.  
Prob. ant. Actus purissimus à se excludit omnem potentialitatem  
 conceptus. Atqui Deus est actus purissimus. Ergo excludit omnem por-  
 tentialitatem conceptus.

Resp. Dist. maj. Actus purissimus tunc logicè tunc physicè excludit  
 omnem potentialitatem conceptus, cone. actus purissimus tan-  
 tum physicè et secundum rem, neg. maj. et Dist. min. Deus est ac-  
 tus purissimus physicè, cone. Logice et secundum conceptum,  
neg. min. p. Itaque actus purissimus dicitur, quod nihil habet in  
 potentia, sed omnia in actu; talis est secundum se Iesus Deus, non  
 tamen sic est in omni conceptu, qui de illo formari potest, quia pa-  
 test imperfecte conipi, nec per quemlibet conceptum apparat talis,  
 qualis est in se.

Eodem modo responderi potest objiciendi genus Dei fore superius  
 Deo; erit enim superius non physicè, sed logicè tantum, quatenus  
 conceptus differentialis Dei minor late patet, quam conceptus eius  
 generius; hoc autem nullam agnit in Deo imperfectionem, sed  
 in coniuncto ducatur.

Argumentum 3 tunc. Si Deus componitur ex genere et diffe- 78.  
 rentia; tunc est species. falsum cons. Ergo et ant. Prob. min.  
 omnis species est universalis. Atqui Deus non est universalis; quia  
 non est predicabilis de multis. Ergo p.

Resp. neg. min. ad ejus prob. Dist. maj. omnis species predicabilis  
 est universalis, cone. omnis species etiam subjectibilis, neg. maj. p.  
 et cone. min. Similiter Dist. cons. et neg. cons.

209. p. 60.

Inst. Ibi species est impossibilis, ubi impossibilis est plura individuum. Atque in Deo impossibilis est plura individuum. Ergo p.

Ausp. Dist. maj. Ibi impossibilis est species predicabilis, ubi impossibilis est plura individuum, conce. Ibi impossibilis est species subiectibilis, neg. maj. p. Species predicabilis est ea, que predictari potest de multis individuis, quibus communicatur, aut potest communicari. Deus autem non est talis species; quia nec existunt, neque possibilia sunt multa inferiora in natura dividua, quo est omnino singularis et proorsus incomunicabilis relata ad hujusmodi inferiora. Species vero subiectibilis est ea, que immediate dividit genus, cui subiectur; et talis est Deus, qui cum substantia spiritu creatu*re* immediate dividit substantiam spiritualis.

79. Argumentum 4<sup>um</sup> quemadmodum omnimoda immaterialitas excludit omnem proorsus materialitatem, etiam eam, quo est per rationem; ita omnimoda simplicitas excludit omnem omnino compositionem, etiam logicalem. Atque Deus non minus est simplex, quam immaterialis. Ergo p.

Ausp. neg. maj. et paritatem; quia Deus substantia convertit ratio materia; proinde non potest concipi ut materia. At Deus convertit ratio substantiae, ut supra jam dictum est. Cum igitur substantia sit quoddam genus, sicut fit, quod jam cum aliquo fundamento conceperemus valde. Num compositum ex genere, ac consequenter etiam ex differentia; non enim datus perfectibile sine perfectivo.

80. Argumentum 5<sup>um</sup> Si Deus admitteret compositionem logicaliam, seu ex genere et differentia; tunc substantia in Deo haberet rationem generis. Atque hoc admetti non potest. Ergo p. Prob. min. Ratio substantiae de Deo et creaturis non predicatur univocè. Ergo substantia non potest habere rationem generis. Prob. ant. Dependens et independens differentia essentia liter. Atque substantia, quo est in Deo, est independens; quo vero in creaturis, est dependens. Ergo ratio substantiae de Deo et creaturis non predicatur univocè.

Ausp. ad ianuam Neg. min. Ad 2<sup>um</sup> diuin neg. ant. nam substantia, prout praeceperit a creatu*re* et in creatu*re*, nihil aliud significat, quam ens per se substantia; at hoc convertit univocè Deo et creaturis. Ad eius prob. Ausp. verum esse, quod dependens et independens differant essentia liter; at substantia, prout sibi vindicat rationem generis, neque est dependens neque independens, sed abstracta ab utroque.

Inst. Deus et substantia creata plus differunt, quam quantitas et qualitas. Atque quantitas et qualitas non habent rationem unicam. Ergo nec Deus et substantia creata.

Ausp. 5<sup>o</sup> Dist. maj. Plus differunt physice, conce. Logice, neg. maj. Idea non dicuntur differere logice et secundum conceptum, quod unicò conceptu representantur, si se habet ratio substantiae in Deo et creatura secundum se praeceperit sumta.

3(RP6)

Aesp. 2. reg. min. Quantitas enim et qualitas non possunt in eodem substantiamento accidentis, in quo convenient. Ergo p.

¶. III.

81.

Proposuntur et solvuntur argumenta eorum  
Theologorum, qui compositionem logicam in Deo  
admittunt.

Argumentum i. num petitur ab autoritate SS. Patrum.  
1. S. Augustinus lib. 5. De Trinit. c. 7. et Leon. 38. De temp. Do-  
cet, quod Deo proprie convenientia predicamenta Substantia,  
relationis, et actionis, reliqua vero, minorum quantitatis et  
qualitatis, p. tantum in sensu metaphorico.

2. Boetius lib. 1. de Trin. ait, Deo solum predicamenta, Substan-  
tia et relationis sibi sunt manere in Divinis.

3. S. Joannes Damascenus in suo Elementario c. 4. docet,  
in primo genere Substantiae Species est Substantiam corpo-  
ralem et incorpoream, et hanc posteriorum complecti Deum, ani-  
mam, et demonem. Huiusmodi SS. Patrum considerationes  
estenorius in aliis breviter.

Resp. Ad. SS. Patres plus non intendere, quam quod Deo pro-  
prie convenientia ratio formalis predicamenti Substantiae,  
at non nisi ut depurata ab omni potentialitate, seu ut  
dicit totam plenitudinem entis, aut ipsum esse primum,  
et nullo modo perfectibile per differentias hyperadditas,  
quemadmodum contingit in creaturis; unde Substantia  
in Deo nullatenus habet rationem generis tam ob defec-  
tum limitationis, quam rationis univoca.

Dices. Quod alii convenientia proprie, ei etiam convenientia  
univoca et non tantum analogia. Atque ratio formalis pre-  
dicamenti propriè convenientia Substantiae. Ergo p.

Aesp. ea tantum impropiè de Deo dici, que dicuntur de co-  
metaphorico; que autem analogia de eo dicuntur, licet non  
univoca dicuntur, nihilominus propriè de eo dicuntur; nam  
analogia convenientia est propria, licet imperfecta: audiens  
quippe propriè convenientia cum Substantiae in analogia ratio-  
ne entis, quamvis non perfectè; et propter hanc analogam  
convenientiam interdum SS. Patres ad differentiam meta-  
phorica predicationis affirmant res predicamentales propriè  
de Deo dici.

Argumentum 2. dum potest sine absurdo in Divinis admitti 82.  
Distinctio rationis rationatae. Ergo etiam compositio ra-  
tionis. Pro. cons. In eo Dens non minus est summum unum,  
quam simplex. Ergo si Deo ut summe uni non repugnat distin-  
ctio rationis, neque ei ut summe simplici repugnabit compo-  
sitio rationis. Ant. constat. cons. inde liquet, quod non minus op-  
ponatur unitati distinctio, quam simplicitati compositio.

53

4

4 lib. p. 62.

Acsp. Dist. aut. ratione arg. In diuinis potest admitti distinc-  
tio per modum impliciti et expliciti; cōne. per modum ex-  
cludentis et exclusi, neg. aut. et cons. hinc ad compositionem  
logican en generē et differentia requiritur distinctio ratio-  
nis per modum excludentis et exclusi; cūm genus, cūm gradus  
potentialis et perfectibilis, debet à suo conceptu objecti-  
vo adequare excludere differentiam, per quam perficitur.

Ad argumenti hujus prob. consequentie. neg. cons. et ejus  
prob. Nam distinctio rationis non opponitur summa uni-  
tati sed potius in ea fundatur, ut superiū jam dictum est, sōd  
quod numerū unum habeat advenire in se pā, que sunt dis-  
persa in pluribus inferioribus, ideoque virtutem praestanda,  
que per plura sicutantur in inferioribus, quod est intellectui  
praebere fundamentum ad formandos de illo alios et alios con-  
ceptus, in quō consistit distinctio rationis ratione.

Longè aliud sentendum est de compositione etiam rationis  
relatē ad summam implicitatem seu actualitatem, cui oppo-  
nuntur, eo ipso, quod in omni composite, etiam per rationem,  
una pars seu formalitas sit perfectibilis per alterius additionem,  
quam actu nec explicitè nec implicitè includit, quod abs-  
que admiratione potentialitatis et imperfectionis nec fieri,  
nec intelligi potest.

Inst. Compositio est distinctorum uno. Ergo cūm datur in Deo  
distinctio rationis, datur et compositio; non realis, ergo rationis.

Acsp. Dist. aut. Compositio est distinctorum sēcū mutuo excluden-  
tium uno, cōne. aut. Sēcū mutuo excludentium p. neg. aut. et  
cons. Ut enim aliqua componant, non sufficit, quod aliqua modo  
distinguantur, sed oportet, ut se non includant: hinc licet proprie-  
tates Entis, numen, verum, bonum, distinguantur ab Ente per ra-  
tionem, attamen non faciunt unum illo compositionem rationis;  
quia illud formaliter includunt in suo conceptu adequato, et ab  
ille transcenduntur.

83. Argumentum 3 tūm Si Deo repugnaret compositio en generē  
et differentia, tunc id est, quia repugnat, ut Deus habet generē.  
Atqui haec ratio nulla est. Ergo p. prob. min. Deus substantia  
habet, quia substantia de illo predicitur; vera enī est haec  
propositio: Deus est substantia. Ergo p.

Acsp. ad arg. neg. min. Ad ejus prob. Dist. aut. Deus substantia  
habet tanquam generē univōe, neg. aut. Analogie, cōne aut. et  
neg. cons.

Inst. Cui convenit definitio substantiae, etiam de illo predica-  
tur substantia univōe. Atque Deo convenit definitio substan-  
tiae. Ergo etiam de illo predicatur univōe: consequenter  
Deus substantia tanquam generē univōe. prob. min.  
Substantia definitur per se subsistens. Atque Deus est per se  
subsistens. Ergo, p.

Repl. i. ad i. neg. min. ad ejus prob. Dicit. min. Atque Deus  
est Ens per se substantia substantiae creaturis communis, neg.  
min. Sub diversa, coni. min. et neg. cons.

*fol. p. 63* Repl. ii. Dicit. maj. ejusdem prob. Substantia definitiva Ens per  
se substantia nominaliter seu aptitudinaliter, coni. maj. participia-  
litas seu actualiter, neg. maj. et Dicit. min. Atque Deus est Ens  
per se substantia participialiter seu actualiter, coni. nominali-  
ter seu aptitudinaliter, neg. min. et cons. Sola aptitudo ad sub-  
stantiam per se est de ratione formalis constitutiva substantia,  
et importatur per haec verba per se substantia, ut supra dictum;  
consequenter cum à Deo excedat omnis aptitudo aut potentia, sic  
ratio formalis constitutiva substantia non est univoca in Deo et  
creaturis.

Argumentum 4. tum Deus absolute ponendus est in predicamentis 84.  
Substantia universalissime lunita. Ergo Deus non repugnat compo-  
sitio ex genere et differentia. Prob. ant. Deus habet omnes con-  
ditiones requiritas tum ad Ens categoricum in genere, tum ad  
Substantiam categoricam. Ergo Directe ponit Iebet in predicamen-  
to substantiae. Prob. i. a pars ant. quia Deus est Ens rea-  
le, Ens per se, incomplexum, completum, p. Ergo p. Prob. at-  
ram 2. pars ejusdem ant. quia ubi datur differentia substantiae  
ibidem datur substantia categorica. Atque in Deo datur dif-  
ferentia substantiae, nempe quod sit à se. Ergo p.

Repl. i. ad i. neg. ant. ad ejus prob. neg. prim. part. ant.  
quia inter praeiunas conditiones hanc categorici est, ut sit Ens fini-  
tum, quod conditio definit in Deo. Neque dicatur, quod infinitas  
Dei secundum essentiam non impedit, quin ipse ponatur di-  
recte in predicamento substantia, quae constet ex paritate qua-  
titatis alter infinita secundum numerum, vel extensionem, si  
supponatur possibilis; quia, non obstante tali infinitate, ad-  
huc directe locum habere posset in predicamento quantitatis.

Nam contra est i. quod plane repugnat quantitas actu infinita  
secundum numerum et magnitudinem, et quidem ex eo vel maxime,  
quod non posset esse aliquae specie determinata, et consequenter  
neque in predicamento reponi valerat. Contro est 2. id.  
Quod hujus opinionis defensores sperant ejusmodi quantitatem,  
non obstante sua infinitate, adhuc fore in determinata specie,  
ad eoque secundum essentiam impliciter finitam ceterisque li-  
mitibus generis et differentiae coextatam. Atque Deus substantia  
in ratione est infinitus. Ergo, p.

Repl. ii. ad eandem prob. neg. etiam 2. dan part. ant. Quia  
in Deo non datur differentia categorica, hoc enim debet esse extra  
rationem generis per modum exclusivitatis et exclusi. At in Deo omnia  
se/sunt inclusi inveniunt saltem implicite, ut iam dictum est.

Neque omnis dicatur, non omnem substantiam esse Ens à se; ac  
proinde existat in Deo esse extra rationem substantiae. Nam  
Repl. neg. suppos. quod sicut substantia, qua in Deo reperi-

tur, participet univōe de ratione substantie universalissimē sumta; haec enim est ens dūtata ut exigitur per eum substantia: è contrā substantia, quae de Dō dicitur, est ens non radicaliter tantum aut exigitū, sed neceſſariō actu existens.

Dices. Mensura et mensuratum ex Aristotele sunt homogenea et cognata. Ergo debent esse univōe in eodem genere. Ergo Deus mensura perfectiones creatas debet esse in eodem genere. Latis.

Conſimilis hinc nisi Deus univōe conveniret cum creaturā, non possemus ea cognitione creaturarum aperte ad cognitionem Dei. Ergo p.

Rep. ad Arg. 1. q. Aristotelis autoritatem hic omnino contemnam epe, p. 2. q. Cum logui de mensura strictè dista, que cognatur mensurato, ut est quantitas, que mensurat aliam quantitatem; non de mensura latē sumta, que nos duit in cognitionem alterius, p. quemadmodum se habet Deus erga creaturam: nam creatura è perfectione dignoscitur, quia magis aedit ad Deum.

Ad Conſimilis. Rep. Reg. ant. quia, ut in mediatis creaturis ad Dei cognitionem pertingamus, latis est, quod Deus analogiè cum eis conveniat.

25. Hac sunt potissimum argumenta que circa Dei Similitudinem utriusque proferuntur una cum ad ea reſponſionibus. Et tamen sententia nostra longè probabilior videtur, quia Nos in Theologia nostra amplius sumus, et que tuetus Deum ita esse Similem, ut non modo compositionem physicam et metaphysicam, verum etiam logicam à suō effe excludat, ob rationes ibidem à nobis allatas. et etiam

1. q. Hinc est magis de mentis S. Catōrum, ut hic S. 2. et ibi n. 46. conclus. 2. ostendit. Unde contra reſponſiones ad latorum SS. Catōrum testis sit. S. 2. n. 46. allatas. Se usque.

1. q. Quando S. Catōs in Dō adſtorment omnimodam Similitudinem, neinon predicamentum substantie ob ea removent, non affignant illam rationem, quia substantia predicamentalis importat exercitium substanti accidentibus, et est precepta contra contradictionem. Sed hanc: quia Deus ob suam infinitam perfectionem nullo genere univōe coeniri, atque ad eum nullam compositionem subire potest.

2. q. S. Cyrilus Alexandrinus lib. i. de Trin. ait: omnino sit genere et differentia specifica divinitas non est. ubi vox Omnino vietatur omnem rationem substantie habentis rationem generis à Dō excludere.

3. q. Cum S. Dionysius aliisque SS. Catōs Deum Super-substantiam, non vero Substantiam numerari volent, satis immunit substantiam, quae in Dō reperitur, non nisi analogiè, nemquam vero univōe convenire cum ea, quae in creaturis reperitur.

Praterea hinc animal in homine praeceſſe secundum se consideratum non dicit aliam rationem quam in bruto, licet à

p 70

6

gefördert durch MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

55

perfectioni differentia in homine contrahatur, si pariter substantia, si est univora respectu Dei et hominis, secundum se considerata in Deo non debet dicere aliam rationem quam in homine: Sed hoc est contra SS: Patres, qui substantiam divinam vorant Supersubstantiam, utique propter diversam eis rationem.

Denique falsum est, quod, quando SS: Patres Deum negant esse substantiam, intelligunt ratione differentia, seu possit substantia coniungitur contracta ad creaturam; nam si etiam posset dici, hominem non esse animal ratione sicut differentia, prout semper animal coniungitur contractum ad brutum; que locutio sane non solum inproposita, sed etiam absurdia est; differentia quippe ista non tollit ab homine animalitatem, ac proinde nula quoque differentia debet tollere a Deo denominationem substantia, si hoc univore se ad creaturam habent substantiam.

Ratio est 2<sup>o</sup>. Quia responsio ad argumentum 2<sup>o</sup> dum cit. S. 2.  
n. 77. Data non substantia; nam si data sit in Deo compositio logica, potentialitas non solum ex parte conceptus, sed etiam ex parte objecti in esse cogniti se teneat, quod se evinitus ibi est potentialitas, ubi est genus, quod contrahitur. Atqui substantia cum genus, quod per Adversarios mediante ascitate contrahitur, se tenet ex parte objecti, non ex parte conceptus ducatur. Ergo haec potentialitas se etiam tenet ex parte objecti, non quidem in esse rei, sed in esse cogniti. propositum. Substantia predicamentalis et contrahibilis, est quedam natura et non conceptus; non enim in predicamentis ponuntur conceptus sed natura. Atqui natura se tenet ex parte objecti. Ergo p.

Confirm. 1<sup>o</sup>. Potentialitas objectiva, quam involvit genus, non tantum in imperfecto nostro coniungi modo fundatur, sed in ipsa natura rei substantis intellectui fundamentum hujusmodi potentialitatem coniungi. Si enim hujusmodi potentialitatis nullum in natura divina fundamentum esset, male aperiretur, Deum ex genere et differentia componi: cum igitur per Adversarios hujusmodi compositione bene et cum ratione aperatur. Ergo in eorum sententia potest, saltem fundamentalis, non solum ex parte conceptus, sed etiam ex parte naturae in Deo reperiri debet.

Confirm. 2<sup>o</sup>. Vel conceptus, quod intelligitur, Deum componi ex genere et differentia, est fictitious, vel verus: si fictitious, tunc hoc ipso nulla est compositio: si verus, tunc debet esse conformis suo objecto, scilicet naturae divinae; ac proinde, et quidem a priori ex parte naturae ratio generis et differentiae, et consequenter potentialitas, locum habebunt.

Ratio est 3<sup>o</sup>. Quia responsio ad argumentum 3<sup>o</sup> dum cit. S. 2. postulatum ponit in Deo aliquod inconveniens: maximè enim inconveniens est ponere Deum in certa specie subiectibili; quid enim hoc aliud est, quam tollere a Deo infinitatem?

Negat datus. Tamen quidam ponit in certa specie, sed tantum logicè et in nostro conceptu. Nam contraria est: Vel conceptus ille habet fundamentum in ipsa Dei natura, vel nulum habet: Si primum; certè in ipsa Dei natura erat ratio speciei substantialis, quod actus purissimo regnatur: Si secundum; frustra et absurdè intellectus in Deo finitur hujus speciei conceptus.

Ratio denique 4ta est, quia respondit ad 4tm et 5tm argumentum cit. S. 2. in id totum Adversarium fundamentum falsò laborat supposito, quasi minorum rati substantia predicamentis univocè de Deo et creaturis predicatur. Horum quidam jam precedentem 4. respondit ad 5tm argumentum fuit refutatum. Opera tamen potius est, ut fallenti istud fundamentum alterius adhuc existatur.

Unde si conficitur argumentum: Deus est substantia à se et per se participationem, creatura vero ab alio seu per participationem. Ergo non eadem modo seu univocè substantia Dei Deo et creatura predicari potest. Nec valet si dicatur, hanc diversitatem originis ex ratione differentiali, non vero ex ratione communis et generici; nam utroque substantia significat Eus per se substantens. Sed contraria est 1° quod haec responsio supponat id, quod est in questione, quia si tunc enim, ad determinatio concessum substantia, que sit communis Deo et creaturis. Contraria est 2° quod substantia in Deo, in hoc spe formali constitutiva abstractus ab omni differentia libi supervenientia, sit diversa à substantia in creatura. Ergo utroque non eadem aut univoca est. Bob. ant. Ratio formalis constitutiva ipsius substantia in Deo est essentia littere ipsum spe plenissimum. Atqui essentia littere ipsum spe plenissimum non est univorum in Deo et creaturis, ut patet. Ergo p. Bob. maj. Si queratur per quid Deus formaliter subsistat, necessario responderi debet, per hoc, quod sit essentia littere ipsum spe plenissimum; scilicet si queratur, per quid homo formaliter sit, responderi debet, per hoc, quod sit animal rationale. Ergo sicut de ratione formalis constitutiva ipsum omnis est esse animal rationale, sic pari modo de ratione formalis constitutiva ipsius substantia in Deo est essentia littere ipsum spe plenissimum. Proterius, quamquam substantia definiri solet, quod sit Eus per se substantens, nihilominus verbum substantens non limitat participialiter, quia ratio significat actuale exercitium existendi; sed nominabiliter dicitur, potest neque significat existentiam in acta signata, et aptitudinem atque intrinsecam existentiam ad existendum. Unde ab iffinet Adversarius substantia definiri solet Eus per se enigmatica substantens. Sola igitur aptitudo ad substantendum per hoc est de ratione formalis constitutiva substantiae; consequenter cum à Deo exaltat omnis aptitudo et potentia, he ratio formalis constitutiva substantia non est univoca in Deo et creaturis: ac secundum in Deo implicat omnis compositio rationis, seu in genere et differentiatione.

8. (8. p. 98)